in hyſtoria ſancti Theobaldi de fruſto glaciei capto in quo aiā penā patiebať. De tcio narrat Grego. in q̄rto dyal'. de p̄ſbitero balneū aliqn̄ frequētāte/qui quēdam virū incognitū ibi repperit ſibi miniſtrātez/illi loco p⁹ mortē deputatū. De quo rfert Grego. iiij. dyal'. exēplū de paſcaſio Qui apparēs viſibilit btō Germano epo balnea cā ſanitatis petēti/petijt q̄ ſibi vellet ſuis orōnib⁹ auxiliari. Ex p̄dictis tenuit pꝫ certitudo carceri atrociſſimi iuſticie diuine/ex ſcōꝝ dictis ꝛ ſacris eloquijs Tota igiť ſac̄ ſcriptura oēſqꝫ ſmones poſitioneſqꝫ ad nil aliud tendūt/ſcꝫ ad ꝓmiſſionē ſcām bonis/ꝛ ꝯminationē mal'. Repoſita ē michi inq̄t corona iuſticie iubar eccl'ie paul⁹/quaꝫ reddet michi in illa die iuſt⁹ iudex. De ꝯminatiōe inq̄t pſ. Arcū ſuū tetendit ꝛ parauit illū/ꝛ in ipſo parauit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardētib⁹ effecit. Quō v̄bum exponit btūs Grego. circa finē lxxix. morꝝ. Arcum nāqꝫ ſuū dn̄s tetēdit/qꝛ cūctis p̄dicatorib⁹ per ſcripturā ſacram minas exhibuit. in quo arcu. ſ. vaſa mortis p̄parauit. qꝛ ſm eloquij ſui ſentētiā eos qui nūc corrigi negligūt reprobos damnat. In quo etiā ſagittas ſuas ardentib⁹ effecit/qꝛ in eos quos per t̄rorē corrigit accēſas v̄borū ſentētias emittit. Et iterū pſ p̄s lxj. Semel. glō. i. imutabiliť/qꝛ firma eſt ei⁹ ſentētia/locut⁹ eſt de⁹ per ꝓphas/per filiū/per ap'los. ꝛ in illa ſtabili locutione duo hec audiui q̄ ſequunť/qꝛ ptās dei eſt/ad puniendūꝫ. ꝛ tibi dn̄e miā/ad p̄miandū/pluſq̄ merita requirāt. Priuſq̄ igiť tēpus recipiēdi merita adueniat ꝓ meritis/ꝯuertam⁹ nos pedib⁹ meditatiōis in infernū cū p̄dictis/ſtudeamuſqꝫ trāſilire de viciis ad v̄tutes/refrenare ſenſualitatē/ꝯpeſcere prauā intentionez ꝛ ꝯgrue diſponere domui nr̄e/qꝛ moriemur ꝛ nō viuemus

¶ Cella xxj.

Veloci calamo de receptaculorū per viuos inſpectione p̄narrata/petijt diſcipul⁹ erudire q̄liter aie defunctoꝝ ex hijs ad nos veniūt receptacul'. In viceſimā p̄maꝫ idcirco introduct⁹ cellā vidit in ei⁹ p̄mo latere q̄liter xp̄i iuſſu ꝛ ſcōruꝫ intuentu quedā aiē ex aliqua parte inferni egrediebanť/induēdo corpa/ꝛ ſic reduci videbanť ad hāc vitā mortalez. In ſcdo latere paucas q̄uis

aiās de celo empyreo deſcēdere ad quoſdā viuos/ eiſqꝫ occulta reuelare. In tercio quaſdā ⁊ de inferno ⁊ purgatorio aiās a bonis ⁊ mal'angel' educi/⁊ more mēdicātium aliquid exigere In quarto vidit tandē de p̄tactis aliq̄bus receptacul' exire/vacuis relictis locis. ¶ Primū lat⁹. ¶ Quo ad primū ſciendū ꝙ notant' d' de aliq̄ inferni parte/q̄ ſi fieret h̄ de aiāb⁹ beatis/tūc ill' mag̃ videret' fieri iniuria. Quia vt canit ſcriptura de ip̄is/iā nō erit ampli⁹ neqꝫ luct⁹ neqꝫ clamor/ſ nec vll⁹ dolor/ q̄m p̄ora trāſierūt. vt eſt Apoca. vij. Dicit deniqꝫ ps̄ in pſona eorū. Laq̄ us ꝯtritus eſt: ⁊ nos liberati ſum⁹. Iſte mod⁹ eſt miraculoſus. Lazar⁹ fuit in lymbo patrū. De aiā v̄o traiani diuerſe ponunt' opiniones. Quidā dixerūt ꝙ Traian⁹ fuit reuocat⁹ ad vitā/⁊ grām ꝯſecut⁹ veniā meruit/⁊ ſic gloriā obtinuit. nec erat in inferno finalit' deputat⁹/nec ſentētia diffinitiua damnat⁹/q̄ ex ꝯſilio dei ꝓcedit qd̄ ip̄m in eternū permanet vt ait ps̄. Alij dicūt ꝙ anima traiani nō fuit ſimpl'r a reatu pene et̄ne abſoluta/ſꝫ ei⁹ pena vſqꝫ ad tēpus (ſcꝫ vſqꝫ ad diē iudicij) fuit ſuſpēſa. Alij dicūt ꝙ pena quo ad locū vel modū aliquē tormēti ſb̄ ꝯditiōe fuit taxata. donec rogāte gregorio per xp̄i miām loc⁹ vel mod⁹ aliq̄s mutaret'. Alij dicūt vt iohēs dyacon⁹ q̄ gregorij legendā ꝯpilauit. ꝙ nō legit' oraſſe ſ fleuiſſe. Et frequent' deus miſert⁹ cōcedit qd̄ hō q̄uis deſiderās petere nō p̄ſumit. Et ꝙ ei⁹ aiā non eſt ab inferno libata in inferno repoſita/ſed ſimpl'r ab īferni cruciatib⁹ liberata. Valet etiā vt dic̄ aiā in inferno exiſtere/⁊ īferni cruciat⁹ per dei miām non ſentire. Alij dicūt ꝙ pena cōſiſtit in duob⁹. ſ. pena ſenſus ⁊ pena dāni/q̄ eſt carētia viſiōis diuine. pena ḡ et̄na ad p̄mū eſt ſibi dimiſſa/ſ quo ad ſecundū retenta. Fert' quoqꝫ ꝙ angel⁹ iſta adiecit. Quia ꝓ dānato rogaſti/duorū tibi dat' optio. Aut eñ in purgatorio duob⁹ diebus cruciaberis. aut certe toto tēpore vite tue infirmitatibus ⁊ doloribus cruciaberis. Qui p̄elegit penā hic tēporalē perpeti/q̄ duobus diebus in igne purgatorij cremari. Qualit' āt ſit iſte caſus d' ſingulariſſim⁹. Iſte āt ſuſcitatōes mortuoꝝ fiūt v̄tute diuina/dyaboli v̄o v̄tute nemo pōt vere reſuſcitari. Sic petr⁹ dixit ſimoni mago Si viuit/loquat'/comedat/⁊ ābulet. Et dicit' notanī vel

q̃ꝛ quedā miraculoꝝ nō ſunt vera.ſed fātaſtice fcā.quib⁹ludiſi/
cat̃ homo.vt videat̃ aliquid qđ n̄ eſt. Quedā vero ſūt vera fcā
ſꝫ non vere hn̄t rōem miraculi/q̃ fiunt v̓tute aliquaꝝ naturaliū
cāꝝ. Et hec duo pn̄t fieri ꝑ demones Sꝫ vera miracl'a n̄ fiūt ni
ſi v̓tute diua/vel ad ſcitatis oſt̃tationem.ꝛ ſic fiūt miracula a ſāc
tis tm̄/vel in vita eoꝝ vel poſt mortem/ſiue ꝑ eos ſiue ꝑ alios Le
gitur act̂.xix. Qꝫ deus fecit v̓tutes ꝑ man⁹ pauli.ꝛ etiam deſup
languentes vel languidos deferebant̃ ei⁹ ſudaria/ꝛ recedebāt
ab eis lāguores Et ſic nichil prohibet ꝑ aliquem pccōrem mi/
racula fieri.ꝑ inuocationē alicui⁹ ſci.vn̄ lu.ix.legit̃ de q̇buſdā q̇
eijciebāt deōnes in nōie ihū/qui tamen non ſequebāt̃ eum.hec
tn̄ miracl'a nō dn̄r ipſi facere/ſed ille ad cui⁹ ſcitatē demōſtrādū
hec fiunt.vel ad veritatis manifeſtationē quam quis p̂dicat/et
ſic malus poteſt ſuſcitare/quia eſt gratia gratis data Mathei
vij.dicit̃ Nonne in nomine tuo prophetauimus/ꝛ in nomine
tuo demonia eiecim⁹/ꝛ in nomine tuo virtutes multas fecim⁹:
ꝛ tūc ꝯfitebor illis q̃ꝛ nunq̄ noui vos. vbi dicit Jeronim⁹ pro/
phetare vel v̓tutes facere/ꝛ demonia eijcere/int̃duꝫ non eſt ei⁹
meriti qui hec operatur/ſed inuocatio nominis xp̄i hoc agit/vt
homines deū honorent/ad cuius inuocationē fiunt tanta mira
cula.vel interdū ad inſtructionē viuentiū/vt patet de reſuſcita/
tis.de quibus fert̃ in obitu Jeronimi/ad reprobādā falſaꝫ he/
reſim tunc pullulantē. Et in iſtis reſuſcitatis vel ſecunda mors
non penalis fuit/vel hij in ipſius penalitate ſecūda/maioreꝫ glo
rie gradum obtinuerūt. ¶ Secunduꝫ latus. ¶ In ſe/
cundo latere habet̃ qualiter anime ex celo empyreo licꝫ pauce
ad viuos veniant/ſine tamē reunioue corꝑis.pauce dico veniūt
q̃ꝛ ſcđm legē cōem/angeloꝝ (tanq̄ mediū int̃ deū ꝛ hōies ex ꝑ/
te officij tenentiū )eſt viſitare/conſolari/confortare/illuminare
ꝛ huiuſmodi actus exercere. Interdum ſancti viſitāt moritu/
ros ad eorū conſolationē/ſicut ſcribit Gregori⁹ quarto dyalo/
gorū ca.viij. Qualit̂ quedā bona matrona infirma iacens fati/
gata quadam nocte vidit beatū Petrū apoſtolū ante ſuuꝫ le/
ctum conſtitiſſe/nec ꝑterrita timuit. Similiter de tarſilla. Si
militer beata maria cum alijs v̓ginibus apparuit btō martino

ſano ⁊ vincti. Similit petrꝰ Agabe in carcere. Silr beata vir
go innumerabilibus alijs. Inſuper plures bte Brigitte / ⁊ ſic
de pluribꝰ. Aliqñ ad puniendū malos. ſicut legit de vdone et
alijs. Interdū ad inſtruendū ⁊ illuminandū. ſicut Petrus et
Paulꝰ ſepe locuti fuerūt cū ſcō Thō de aqno. Et hec appari
tio fit ſine ꝑiudicio glie aiārū ipſarū. Et hec eſt differētia inter
aiās btās ⁊ purgatorij ⁊ inferni. Qꝛ aiē btē ꝯformātes ſe diui
ne volūtati ad nos dūmodo volūt veniunt. Aiē vero purgato
rij ⁊ inferni nō qñ volūt / ſꝫ iuxta dñi voluntatē ⁊ diſpēſationem
nobis apparēt. De quibus habet in tercio latere. ¶ Terciū
latus ¶ Ubi videbant a bonis ⁊ malis angelꝰ ꝑ modū mēdicā
tiuꝫ duci. Alia em̄ de cā ad nos ꝑmittunt venire aiē dānate ꝗꝫ
aiē purgatorij. ꝓmo ad terrorē nrm / inſtructionē nrām de earum
penis / vt maior ſit futura nrā pena / ſi moniti non ceſſemꝰ / ⁊ eas
ſeqmur. Dānati em̄ vellēt oēs abſolute eē dānādos. Et qꝛ ſci
unt aliquos eē ſaluādos / iō hoc magꝭ fauēt ꝯſanguineis ꝗꝫ extne
is. Aiē vero purgatorij vt auxiliū ⁊ ſuffragia petāt. Ad hanc
materiā apparitionis enodandā certa occurrunt.

Scz
- Loci aſſignatio
- Temporis apparitio
- Apparitiōis diuerſificatio
- Experimētorū diſpoſitio

¶ Circa loca vbi ap
parent ſciendū ꝗꝫ nō
ꝑt dari generalꝭ regu
la / qꝛ ſolū ſic eſt volū
tas dei / in cuiꝰ ſola bonitate ⁊ nō in arte hūana. cuius nō eſt rō
inquirenda alia / niſi quia vult. Poſſet tm̄ videri rō ꝯgruentie /
vt propt aliquoꝝ merita vel demerita aiē aliq̄ citiꝰ vel tardius
liberent de penis. ideo aliquas ibi apparere vbi citius ſuffra
gia ab amicis percipere poſſent. Non enim ſemper credēdum
eſt in locis vbi peccauerūt eas puniri / licet hoc aliquando lega
tur factum fuiſſe. vbicunqꝫ enim ſunt ibi pene eas ſequuntur. ſi
cut demones infernum id eſt penas inferni ſecum deferunt.
¶ De ſecūdo ſcꝫ tpe appitionis / hec reuelatio pēdet ex diuina
etiā volūtate. licꝫ frequētiꝰ legimꝰ tpe noctis tales fcās ꝑpt qe
tationē ſenſuū exterioꝝ / ⁊ curarū ſeculariū ceſſationē / qñ hō eſt
eſt magis capax ipſarum / ac melius diſpoſitus / ideo de Abra
ham / Jacob / Daniele / legimꝰ ꝗꝫ tēpore noctis facte ſunt reue

ſationes Dañ.ij. Tũc danieli reuelatũ eſt per nocté miſteriũ.ſʒ
ꝛ nabugodonoſoꝛ regi eodé c. Et Joſeph Geneſ xxxvij. Et
pharaoni regi egipti. Geñ.xl. ſ ħ non eſt de neceſſitate ſ ꝯgrui
tate. Reperiunť etiã aié ſe tépoꝛe diei reuelaſſe. Quãtũ eſt de
ſe ſemper ſunt parate ſe oñdere ꝓpť celerioꝛem liberationem
¶ De ťcio.ſ.apparitiõis diuerſificatõe Apparent eñ diuerſis
modis/nõ ſemꝑ viſibiliť in coꝛpoꝛe aut effigie coꝛpoꝛali ſic deõ
nes in aſſumptis coꝛpoꝛibꝰ/ſ etiã inuiſibiliť/vt ſolum ſonꝰ/vox/
aut ſtrepitꝰ percipiať a viuétibꝰ.ſ.percuſſio/ſibillatio/ꝓiectio/
gemitus/luctꝰ/plãctus/aut manuum plauſio/vt attẽtos reddãt
hõies ad inqrendũ ꝛ rñdendũ.vñ crediť ꝙ in locis ſeparatis ab
hõibus nõ ſe oñdant/ſalté iſta cã.ſ.liberatõis/qꝛ ceſſante iſta cã
ceſſat ꝛ effectus/licet in locis ſeoꝛſum poſſent puniri. Et qꝛ nõ
eſt ꝓpoꝛtio inť aiãm viuenté in coꝛpoꝛe ꝛ aiãm exutã a coꝛꝑe:nõ
ſemper cũ ťroꝛe apparẽt viuẽtibus. Nec mirũ qꝛ etiã ſci angeli
non niſi cũ ťroꝛe magno etiã ſãctis apparuerũt. Sicut grego.in
quadã omelia teſtať de quodã ſcõ moꝛiéte/ꝓ cuiꝰ aiã deducen
da angeloꝛũ choꝛi percepti ſũt a circũſtãtibus.q̇ oñs ťroꝛe per/
culſi pene fugerũt. Et ſcũs Daniel viſo ãgelo pauẽs coꝛruit in
faciẽ ſuã/lãguit/ꝛ egrotauit per plures dies/ꝛ nichil in eo remã
ſit viriũ Dañ.viij. Jdeo foꝛte non õnibus hõibus expedit in-
differenť talibus reuelatiõibus inťeſſe/ niſi bñ ꝯplexionatis/q̇
non defacili ťrenť. Quia ſicut docʒ experiẽtia multi hijs audi/
tis aut viſis incurabilẽ incurrerunt infirmitaté. Opoꝛtet ğ hos
diſpoſitos eẽ/tã in cõplexione coꝛpoꝛis ꝙ aiẽ purgatiõe/qui de
hijs inueſtigare volũt.nec tñ negandũ quin viſibiliť appareant
¶ Quarto quo ad animarũ experimẽtatoꝛes/ꝛ de cerimonijs
obſeruãdis/ſciendũ ꝙ erudimur ex ſač ſcriptura non in omneʒ
euentũ fcãs fuiſſe reuelatiões diuinoꝛũ ſecretoꝛũ/nec indifferẽ-
ter cuilibet q̈litcunqꝫ diſpoſito.ſʒ ſb certis mõis ꝛ perſonis.ꝛ ħ
etiã experiẽtia cotidiana docʒ. Nã nõ ſe õnibus repñtant/aut
rñdent aiẽ exute/ſʒ inť multos vni eoꝝ. Legimus eñ viri ſãctis/
pẑiarchis/ꝓphetiſqꝫ reuelationes fcãs/vt Abꝛahe/Jacob/ſa
mueli/ꝛ ceteris ꝓphetis. Legimus tã infidelibus ꝙ fidelibus
regibus peruerſis ꝛ ydolatris factas reuelationes. vt patʒ de

# Uiceſimaprima

Ezechia/David/Yoſia/Pharaone/Nabugodonoſoꝛ/bal-
tazar/achab ꝛc. In hoc diuina ꝓuidētia ſemper dignata fuit ꝯ-
ſulere quaſi vtilitati non ſolū fideliū ſ; infideliū/qui ſolē ſuū fa-
cit oꝛiri ſuꝑ bonos ꝛ malos. vt Math. v. in fine. Speculandū
eſt igiť cui fiūt tales reuelatiōes/quia magis hijs qui p̄ſunt cō/
munitati de qua cura eſt deo. Ergo enim voluit Cayphe ſuaꝫ
veritatē declarare vt ſcriptura ſancta teſtať Johannis x. Aut
ſaltē ꝓpť citioꝛē liberationē aīarum/propter quas amicis fiat
apparitio. Nam non eſt iſta apparitio operatio naturaľ vt ex
foꝛma eſſentiali procedat. Nec artificialis/vt ex ſimilitudiē mē
te cōcepta procedat Sed eſt actio moꝛalis/ex diuina mēte exi/
ens/que non niſi ſapientiſſime oꝛtū habet/quia ōnia que a deo
ſunt oꝛdinatiſſime fiunt/vt ait Apl's ad rōnos xiij. Opoꝛtet er
go p̄parari ad hec vt cernanť. nā vt diciť ij. de aīā act⁹ actiuoꝝ
ſunt in patiēte p̄diſpoſito/vt materia ſit capax foꝛme. Inſuper
docemur exēplis ꝙ oꝛatio ꝛ ieiuniū precedere debēt inquiſito-
res harū apparitionū. Cum xp̄s dixit diſcipulis ꝙ hoc genus
demonioꝝ non eijcitur niſi oꝛōne ꝛ ieiunio. vt eſt Math. xvij
Sic ꝛ hic credēdū eſt fieri pari mō. Daniel reuelationē a deo
deſiderās ſibi indixit triū ebdomadarū ieiuniū. eiuſdē ix. ꝛ x°
caplis. quia dep̄cat⁹ eſt dn̄m in ieiunio/ſacco/ꝛ cinere. Eēt foꝛ
te expediēs triū dierū ieiuniū/cū aliq̇bus miſſarū celebrationi
bus. ſeptē pſalmis ꝛc. Nec prima vice audito ſigno adhibēda
eſt fides reuelationi/ſ; ad minus ťcia vice/ſicut ſamueli accidit.
p̄mi Regū iij. Et petro ſimiliť de vaſe quaſi lintheo magno in
viſione miſſo Act. x. Cōfeſſionib⁹ ꝛ celebratiōibus ꝑactis/ac
cerſendi ſunt quatuoꝛ aut quinq; deuoti p̄ſbiteri/qui ad locum
accedāt in quo ſe ſpūs oñdere ꝯſueuit/humili mēte/recta inten
tione ceſſante omni ſuperſtitioſa inquiſitōne/non tñ ſine certis
cerimonijs. Aſſumať igiť cādela in die purificationis benedi/
cta/accēſa. Aqua bn̄dcā ꝛ ſignū crucis/ꝛ ſi placet thuribulū cū
thure. In accedēdo oꝛēt vij. pſalmos/euāgeliū iohis. Ingreſ-
ſi locū igiť flectētes genua vn⁹ eoꝝ hāc dicat oꝛōneꝫ
Domine ihesu xp̄e oīm ſecretoꝝ cognitoꝛ/q̇ ſemꝑ tu/
is fidelib⁹ ꝛ paruuľ reuelare ſalubria ꝛ vtilia cōſue-

uiſti/quiqꝫ in hoc loco ſpiritũ quẽdam ſe oſtẽdere pmiſiſti/ hu‑
militer obſecramus tuã pijſſimã miſericordiã/ per paſſionẽ tu‑
am ꝛ per precioſi ſanguinis tui pro peccatis noſtris effuſionez/
vt digneris precipe huic ſpũi vt ſine terrore ac leſione nr̃a ꝛ om
nium hominũ ſe reuelet/ſignaturus famulis tuis nobis vel ali‑
is peccatoribus quis ſit/vel cur venerit/ ꝛ quod deſideriũ ſuũ/
vt tu deinde honorari valeas/ꝛ ipſe ſi poſſibile eſt ꝯſolari/et fi/
deles tui inde ſbleuari/in nõie pr̃is ꝛ filij ꝛ ſpũs ſãcti. ¶ Poſt
hec ad intrrogatoria eſt veniendũ. Obſecramus per xp̃m Ihe
ſum te ſpũs vt dicas quis ſis/ꝛ ſi eſt aliquis int̃ nos cui velis re
ſpondere/ꝛ tu nõies eũ/ꝛ per ſignũ eum ſignifices. Eſt n iſte·ẽ
iſte n·aut iſte n· ꝛ ſic de alijs/quia expertũ eſt ꝙ non cuilibet re
ſpondet. Si ergo aliquod ſignũ/pulſum/ſonũ/aut aliqd̃ notori
um fecerit ad alicuius nominationẽ/illi vel ille ꝯmittant̃ ad int̃
rogatoria. Scꝫ cuius hominis aĩa fuerit/ꝛ propt̃ quid venerit
quid deſiderat/ ſi ſuffragia/miſſas/ aut elemoſinas petierit/et
quot miſſas/ꝛ p quot ſacerdotes/ſeculares/vel religioſos. Si
elemoſinas/quot/quibus pſonis/in hoſpitalibus/aut leproſori
is aut alijs mendicãtibus/aut pauperibus/ ꝛ quod erit ſignuz
ſue perfecte liberationis. Et ꝓpt̃ quã cãm deputatus ẽ purga
torio. non ãt curioſa/ſuperflua/inutilia/aut ſupſticioſa ſũt ab e‑
is petẽda/niſi proprijs motib⁹ ea reuelare vellẽt. In diebus fe
ſtiuis añ prãdiũ/aut certe noctis tẽpore puto cõuenienti⁹ hanc
fieri interrogationẽ. Si autẽ ad intrrogata prima vice reſpõde/
re noluerit: tunc ad aliud tẽpus differendũ eſt/ relicta ibi aqua
bñdicta/ꝛ cruce. quia dei occulto iudicio certis horis ꝛ paruis
non omnib⁹ ſe reuelat. Hec ex magiſtro Hẽrico de haſſia ſum
pta ſunt ſcribẽte de hac materia / qui tñ non diffinitiue loq̃tur
de predictis cerimonijs. locis/orõnibus/perſonis ⁊c̃. vt nunꝙ̃
ſine illis fiat reuelatio ſpirituũ: quia ꝛ quandoqꝫ ſine illis fieri
pñt. vt ꝯpertũ eſt ꝙ marit⁹ vxori viuẽti/ꝛ econuerſo: frater fra
tri. amicus amico apparere ſolẽt. Oportet eñ in iſta caliginoſa
materia ſb typo quodã ꝛ exẽplarit̃ ꝓcedere ꝑ͛ ethycoꝝ Quia
nõ q̃rit̃ hic demõſtratiões/ſꝫ ex ycotib⁹ ꝛ ſignis oportet v̾itatẽ
cognoſcere/inquãtũ p̃t. Quãꝙ̃ ſpũs bon⁹ aliquã pſonã in cor

pore minime ledat/ qꝛ hic de leſione nō ꝯpertū ſit/ nā iam eſt ex
tra ſtatū merēdi aut demerēdi/ nec peccare p̄t amplꝰ. ſ; ē in me
dio ſtatu. ſ. in penis ad tempꝰ/ tñ aliq̄bus repit̄ moleſtus fuiſſe
in corpe capillos extrahendo/ colaphiſando. vt videlicet viuo
credulitatē imp̄mat/ ip̄m attentū faciat. nec etiā diſſimulet/ aut
leuit̄ pertrāſeat viſionē. ſicut legit̄ quarto dyalogorū de narmē
ſi ep̄o/ cui capellanus tardauit reuelare viſionē. Igit̄ t̄cia die ḡ
uiter percuſſus eſt/ vſq; ad liuorē corpis/ qui ſic intimauit eidez
viſionē. ¶ Utrū aliquibꝰ modis cognoſcat̄ bonꝰ ſp̄us a peruer
ſo: Rñdet̄ ſ̄m doc. Q; bonꝰ ſp̄us in p̄ncipio t̄ret/ ſ; in t̄rore non
perſiſtere ſinit hominē/ vt pʒ de Gabriele ad Mariā q̄ turba-
ta erat in ſermone angeli/ quā ſubito ꝯſolat̄ Luce primo Ne ti-
meas inquit Maria. vt pʒ etiā de Daniele/ q̇ vidēs angelū ext̄
ritus eſt. ſʒ ſtatim ab eo ꝯſolatꝰ. Dañ x. Et de Zacharia Lu-
ce p̄º. Peruerſus a lenitate incipit/ ⁊ ad t̄rorē pducit/ vt pʒ de
Eua/ cui in ſpecie ſerpētis blādiendo apparuit. Et Act. x. de
Cornelio cēturione. ¶ Secūdus modus eſt p ſpēm viſibilē/ e-
orum diſcretio ex ꝓprietatibꝰ rerū viſibiliū/ vt ſi appeat vt leo/
vrſus/ canis/ aut vmbra nigra/ preſumēdus eſt malꝰ eē ſpiritus.
Bonus vero oñdit ſe in ſpē colūbe/ aut hōis/ vt Marie/ ⁊ mu
lieribus. Sic ſilr̄ recurrendū eſt ad voces apparētiū/ vtrū ſua-
ues/ dulces/ humiles/ caritatiue/ modeſte/ plāctiue aut doloroſe
aut increpatiue fuerint/ Credendū eſt hūc ſpiritū ad modum
mendicantis ſe habere/ querulātis ſuos defectꝰ/ recognoſcētis
ſua debita/ peccata/ penas/ ⁊ ſil'ia. Expoſite vero ꝓp̄etates nō
ꝯueniūt pꝰuerſis ſpiritibꝰ/ nec aliq̄d fictuʒ diu latere p̄t/ vt dicit
Tulliꝰ/ ſ; vt floſculꝰ cito decidit. ¶ Terciꝰ modꝰ ſi ſp̄us nullam
vanitatē/ iactātiā/ falſitatē aut laudē immiſcet ſua oſtēſione/ pre/
ſumendus eſt bonus. ſi ſecus/ pꝰuerſus. qꝛ ſepe aut ad ſupbiā/ gu
lam/ aut alioꝝ vicioꝝ excitationeʒ fraudulent̄ inducere nititur
medijs apparentiarū. aut ſepe aliqua ꝯtra doctrinā apl'icaʒ/ iu-
ra canonica/ aut cōſiliorū decreta adducit/ latenter aut ſatis lu-
cide in reſponſionbus ſuis. ¶ Ad inſuper indaganduʒ vtrum
reuelationes/ illuminationes/ conſolationesq; ſint a deo/ vltra
p̄tactas cauſas cōgruit indagare/ ſi quod in eis predicitur vere

implet̃. Inſup ſi perſone quibus fiunt ſint vere catholice/ virtuo
ſe ac in bonis operibus ſtabilite. Quãq̃ etiã malis hõib⁹ int̃
dum fiũt reuelationes/ vt ꝯſtat de balaam/ qm̃ ꝓphetia ⁊ viſio
ſunt dona gratie gratis date/ que bonis ⁊ malis/ electis ⁊ repro
bis extãt cõia. Inſup ex hoc cõit̃ põt aduerti an illuminatio/
viſitatio/ ſeu ꝯſolatio/ aut reuelatio ſit a deo/ dũ hõ ex hmõi in
fluentia inclinat̃ ac trahit̃ ad ſui ipſius cordialem ꝯtemptũ/ ad
humiliationẽ ꝓfundã/ ad omniũ vanitatũ ac viciorũ deteſtati
onem/ ad feruidũ boni cõis amorẽ/ ad generalẽ grẽ ac caritatis
ſibi ꝯceſſe cõicationẽ ad õnes/ ad ardentẽ ſpiritalis profect⁹ af
fectum/ ad boni propoſiti ſinceriſſimam integritatẽ/ ad purũ de
itatis amorem/ ad fidei illuminationẽ/ ⁊ eoruꝫ que ſunt fidei in
telligentiã clariorem/ ad patiẽtiam firmã/ ⁊ obedientiã ſanctã.
Nempe quemadmodũ ex ſolis preſentia oriunt̃ in aere ſplen
dor ⁊ calor: ita ſũmo ſapientie atqꝫ iuſticie ſole apparẽte irradi
ante ⁊ operãte in aiã/ mox naſcunt̃ in ea vere ſapiẽtie fulgor/ ca
ritatiſqꝫ ardor. Et q̃uis practicante dyabolo poſſit in homine
gigni ſenſibilis quedam deuotio/ ⁊ conſolatio quedam ſeu dul
cedo ſuo modo interna. Prefati tamẽ affectus eſſe nõ valent
a demone. nec dyabolus poſſet agere immediate in apicem af
fectiue aut virtutem intellectiue virtutis/ nec ita ꝑſtringere mẽ
tem vt velit nolit rapiat̃ ſincere ad deum/ ⁊ in lucis eius demer
gatur abiſſum/ ita ꝙ ex huiuſcemodi preuentione/ influxu/ aut
viſitatione oriant̃ in mẽte ſaluberrimi affect⁹ ꝑfati ¶ Quartũ
latus. ¶ In quarto latere ꝙ aiẽ egrediebant̃ tandẽ locis
vacuis relictis. Pro quo ſciendum ꝙ anime lymbi patrũ vꝛtu
te paſſionis chriſti locum egreſſe ſunt ſuuꝫ. Anime quoqꝫ fina
liter purgate in nouiſſimo die purgatoriũ relinquẽt/ ⁊ locũ quẽ
dam ab eis vacuũ. Receptacula quedã ſingularia animab⁹ ali
quibus deputata poſt aliquas oblationes aut elemoſinas/ ie
iunia/ peregrinationes/ aut caritatis opera/ etiam poſt earuꝫ li
berationem vacua remanent. vt ſolum remaneat locus ſolidus
lucidus/ ⁊ ſplẽdidus beatis/ miſerrimuſqꝫ ⁊ tenebroſus carcer
damnatis. Quem vt euadamus diſponamus hodie ſcꝫ tẽpo
re gratie domui noſtre q: moriemur ⁊ non viuemus